



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina
Evangelica De Meditatione mortis**

Kispenning, Henricus

Antverpiæ, 1583

Ab exemplo volatilium, maximè autem coruorum, Christi Iesu D. N.
Consolatio: ex Matth. cap. VI. Lucæ cap. XII. xij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](#)

vita, quæ nunc est, & future.

Sint mores sine auaritia: contenti præsentibus, Ipse Heb. 13.
enim dixit: Non te deseram, neque derelinquam: ita ut
confidenter dicamus, Dominus mihi adiutor.

S. Petrus. Omnem vestram sollicitudinem proiec- 1. Pet. 5.
tus in eum: quoniam ipsi cura est de vobis.

Ab exemplo volatilium, maximè autē Coruorum,
Christi Iesu D. N. Consolatio. Ex Matthæi cap.
6. & Lucæ cap. 12.

R Espicite volatilia celi, quoniam non serunt neque CAP. XII.
metunt, neque congregant in horrea: & pater ve-
teris caelstis pascit illa. Nonne vos magis ploris estis il-
lis? Considerate cornuos, qui a non seminant, neque metunt,
quibus non est cellarium neque horreum: & Deus pascit
illos. Quanto magis vos pluris estis illis?

Christus ut ad fiduciam nos erigeret, mirum in mo-
dum Dei misericordium proponit, & prouidentiam co-
mendat: non modo erga homines, sed etiam quaslibet
creaturas, minimas quoque & abiectissimas. Pater, in-
quit, pascit, Pater vestit, Pater seit quod omnibus his
indigetis. Cur hec ita inculcat, nisi ut fiduciam nobis
addat? Respicite, ait, volatilia celi: considerate cornuos.
Oculi omnium in Deo sperant: solus homo diffidit. Quid Psalm. 144.
vero habitanus?

ELVCIDATIO.

Cum amantissimus Pater noster caelstis, nihil vola-
tilibus celi deesse patiatur, sed prouideat omnia que
sunt illis necessaria: quis putet eum de nostra salute, quos
longe chariores habet, pro quorum utilitate condita sunt
omnia, non vehementer esse sollicitum? Quid vero cor-
nis vilius & abiectius? Corui autem desérere scribuntur
pillos implumes albantes, donec nigrescant. His ergo
H 2 fame

116 CUR MORS FORMIDABILIS. CAUSA III.

fame pereundem eſet, niſi Deus ita ordinaſet, ut vel re-
re cali, vel ex cadauerum carnibus, & reliquo cibo in
nidos congeſto, innatis vermiculis paſcerentur: quibus
tantis per aleretur, donec adolescent & plumas accipiat.

tob. 35.

Ideo S. Job dicit: *Quis preparat coruō escam suā, quan-*

Psalm. 146.

do pulli eius clamant ad Deum, vagantes, eo quod non

Psalm. 145.

habeant cibos? Respondet propheta Dauid: Magnu-

Dominus noster: qui dat iumentis escam ipsorum, & pul-

Psalm. 145.

lis cornuorum inuocantibus eum. Ergo Deus, cūm iam sit

opulentus, ut det escam omni carni: tam benignus, ut

etiam viliſſima animalcula paſcat: non utique commit-

tet, ut chariſſimis filiis deſit alimentū aut tegumentum.

Homil. 41.

in 1. epift. ad

Cor.

CAPUT

XIIII.

Psalm. 67.

Ad Viduas, D. Ioannis Chrysostomi Admonitio.

Hoc doles, quod ſola ſis, careasq; rectore. Hoc non
eſt cur dicas: amittere rectorem Deum non potes.
Quantisper hunc babes, coniuge, patre, filio, affini quo-
uis praefabit: ut qui ſuperstitibus etiam his faciebat om-
nia tamen. Hec tu cogita: & exemplo Dauidis ſic dicas:
Dominus illuminatio mea, protector meus, quem time-
bo? quando tu pater orbis, index viduus es. Huic tibi
præſidium deinceps: magisq; proſpicientem tibi ſenties,
quam prius, quando ſcileſet in diſcultate conſiſis. Sed
filium amifisti: amifisti ne dicas. Somnus ea res eſt, non
mors: transitus, non interitus: peregrinatio ab humiliiori
loco ad altiſſimum ſucepta. Cane irrideas Deum, ſed
proprium tibi redde.

De horribili mortis imaginē: Et quod per Chri-
ſti mortem victa eſt, vnde homini Christiano opta-
da potius quam timenda.

CAUSA

XIIII.

CAPUT

XIIII.

ET horribilis illa gelida Mortis imago, ita omnium
ſerè hominum corda percellit, ut nihil ſit quod equi-

ex-